



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacramentis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Approbationes Theologorum Ordinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)

# FACULTAS

Reverendissimi Patris Commissarii Generalis.

**T**heologia Sacramentalis Scholastica & Moralis Pars prima, à R. Adm. Patre F. JOANNE BOSCO Ordinis nostri Seraphici almæ nostræ Provinciæ Fratrum Minorum inferioris Germaniæ S. Theologiæ Lectore Jubilato &c. sic elaborata, ut à Theologis ejusdem Ordinis & Provinciæ examinata, non tantum approbetur, sed etiam laudetur singulariter, atque grata & utilis futura speretur; cum Sanctæ Obedientiæ merito typis mandari poterit, accedente eorum licentiâ, quorum interest. Datum Mechliniæ in Conventu nostro Fratrum Minorum 18. Martij 1665.

F. JACOBUS DE RIDDERE Commissarius  
Generalis FF. Minor. Nationis Germano-Belgiæ.

# FACULTAS

Reverendi admodum P. Ministri Provincialis.

**U**T Pars prima Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ & Moralis, in qua tractatur de Sacramentis in genere, & duobus primis in specie, à Reverendo Patre F. JOANNE BOSCO Ordinis Seraphici S. Theologiæ Lectore Jubilato, ac Provinciæ nostræ olim Definitore composita, ac à Theologis Ordinis probata & laudata, publici juris fiat, accedente calculo Censoris Apostolici vel Ordinarij, virtute præsentium concedo facultatem; eò propensius, quod durante multorum annorum convictu, & Cathedræ Theologicæ confortio, in Authore singulare studium veritatis & Doctrinæ soliditatem clarè perspexerim. Datum Bruxellæ in Conventu nostro Fratrum Minorum sub meo Chyrographo officijque sigillo minori, Anno Domini 1665. Mensis Martij die vigesimâ.

F. GUILIELMUS HERINCX Ministerv  
Provincialis Germaniæ Inferioris.

# APPROBATIONES

Theologorum Ordinis.

**I**nscriptus ingenti cum animi voluptate perlegi Partem primam Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ & Moralis à Reverendo Adm. Patre F. JOANNE BOSCO Seraphici Ordinis nostri S. Theologiæ Lectore Jubilato, ac Provinciæ nostræ olim Definitore compositam. Si quidem eam inveni compertæ Auctoris eruditioni, profundæque doctrinæ (quam sedecim annorum, quibus ipsum in docendo Collegam habere merui, experimento probavi) per omnia consentaneam. Singulariter mihi placet in ipso, quod sacras divinæ Scripturæ, Conciliorum & SS. Patrum auctoritates fidelissimè referat, juxta quod proprijs oculis conspexit in probatis exemplaribus eorundem. Ex quo consequi est necesse, doctrinam ipsius, ut S. Scripturæ, Concilij, Sanctique Patribus & præsertim Augustino conformem, nil fidei aut bonis moribus contrarium continere. Doctorem quoque Subtilem, Aquilam Theologiæ, fortissimè vindicari à falsis & absurdis opinionibus, quæ non rarò eidem ab æmulis (eum in fonte legerè dignantibus) imponuntur. Ob quas causas hoc opus prælo ac publicâ luce dignissimum censeo. Datum Lovanii 27. Martij 1665.

F. HENRICUS IONGHEN S. Theol. Lector Jubilatus  
& Provinciæ Definitor.

Theologia

**T**heologia Sacramentalis Scholastica & Moralis Pars prima, in qua tractatur de Sacramentis in genere & duobus primis in specie, à Reverendo Admodum Patre F. JOANNE BOSCO Ordinis Fratrum Minorum in alma Univerſitate Lovaniënſi S. Theologiæ Lectore Jubilato, nec non Provinciæ Germaniæ inferioris Diffinitore concinnè & eruditè elaborata nihil fidei moribusque contrarium continet; ſed ipſam Catholicam de Sacramentis veritatem ex definitivis Conciliorum ſententijs ſolidè confirmat: D. Auguſtini aliorumque Patrum de iſdem mentem & doctrinam ſincerè proponit: ipſius quoque Doctore Subtilis ſententiam, à communi non alienam, dilucidè & nervoſè exponit. Proinde Partem hanc, non modò Scoticæ Doctrinæ, ſed quibuſcumque ſinceritatis & veritatis Amatoribus gratam & utilem fore confidentes, cenſuimus dignam & luce & prælo. Datum Lovanijs 31. Auguſti anni 1663.

F. PETRUS DE VRIESE  
S. Theologiæ Lector.

F. COSMAS MEERSMANS  
S. Theologiæ Lector.

F. GUILIELMUS VAN SICHEN  
S. Theologiæ Lector.

---

## C E N S U R A.

**H**oc opus Reverendi Patris JOANNIS BOSCO de Sacramentis in genere, Baptiſmo & Confirmatione doctrinam ſanam continet, & publicâ luce ac prælo dignam. Dat. Lovanijs die 7. April. 1665.

JACOBUS PONTANUS S. Theol. Doctior  
& Librorum Cenſor.

---

## PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

**V**irtute Privilegij S. Cæſaræ Majestatis ſuper impreſſione & diſtractione librorum per Fratres Minores Regularis aut Strictioris Obſervantiæ conceſſi, facultatem facio Hieronymo Nempæo Typographo Lovaniënſi, ut imprimat ac diſtrahat hanc primam Partem Sacramentalem Auctore Reverendo Admodum Patre F. JOANNE BOSCO Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ Provinciæ noſtræ Inferioris Germaniæ S. Theologiæ Lectore Jubilato, cum plenario uſu Privilegij Cæſarij præfati, idque pro prima illius editione. Actum Mechliniæ in Conventu noſtro Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ die 24. Martij Anno 1665, ſub noſtra ſignatura Officijque ſigillo minori.

F. JACOBUS DE RIDDERE Commiſſarius Generalis  
Fratrum Minorum per Germaniam, Belgium & Provincias adjacentes.

I N D E X